UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Conuersio dilata fatua reputatur propter duo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

Conuerſio dilata, fatua reputatur propter duo.

PRimum, ut ſi aliquis in locū immundum caderet, fatuus eſſet, ſi uoluntariè differret exire. Nulla immunditia maior eſt, quàm immunditia peccati, quod patet ex hoc, quòd luciferum, quo nulla creatura pulcrior erat, unica macula peccati adeo deturpauit, ut abſque horrore ab homine non poſſit conſpici. Secundum ſi quando ſubueniendum eſt alicui rei, in qua aliquid continuè deperit, ut quando ſubueniendum eſt domui, quæ ſuccenſa eſt. ignis enim qui non eſt ocioſus inceſſanter aliquid de domo deſtruit, ideo fatuus eſt, qui differt à ſe excutere illum. conſulendum non eſt, an ignem de ſinu excutere, iam latere exuſto, iam nudatis uiſceribus, iam ſanguine defluente debeamus, inquit Diuus Bernardus. Bern.

Conuicium fugiendum eſt propter quinque.

PRimo, quia cor hominis multum uulnerat, cui dicitur conuicium. Vnde Eccleſiaſticus. Eccl. 28